



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ebrvlphvs Conf. 29. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

beneficium, excellentiam sensus, artis industriam, cultura bonum per steriles actus evertit, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat; sicut arbor è terra, sic iste è vitâ meretur excidi. S. Petr. Chryf. ferm. 106.

S. EBRVLPHVS CONF. 29. Decembris.

**E**BRVLPHVS è regis Gallix ad Christi aulam transit, haud paulò honestiori loco futurus, Permove ad transitionem illa Christi verba, quibus non modò EBRVLPHVM, sed te etiam, Lector, hodie invitat: *Si quis vult venire post me abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Hæc, inquam, cum attentius apud animum suum considerasset EBRVLPHVS, quam vulgo solemus, non insuper habendam ratus est conditionem, quam non homo rex, sed Deus offerret: mox igitur conjugii, liberis, aulæ opibus, & clientelis vale ultimū dixit. Accessere comites EBRVLPHO tres alii, quibus omnibus in solitudines dux bonus angelus bonus fuit. Ibi, ut quod initio dixeramus, non aulam, sed dominum scires deseruisse, cellas exædificavit centum & quinquaginta, totidemque clientes numeravit, aluitque, commeatum subinde cælo suppeditante. Nam cum dimidiis fortè panis, qui unus reliquus, imperio Divi, pauperi cessisset, adfuit continuò mulus cibariis onustus. Plus etiam sollicitus fuit viaticum divinum abeuntibus è vitâ ut daret: quare cum sine hoc è Sodalibus quidâ decessisset, in vitam revocavit tantisper; tum demū cum hoc ire feliciter iussit. Ipse quoque ultimū æger præter hunc cibum alium nullū multò tempore admisit, stomacho (vel animo potiùs) omnia humana respiciente, Mortuus deinde inter preces suorum revixit, dum  
 affem

allem in miseros ipse dispensaret. Funeri dum illacrimatur in sacris Diaconus, morique etiam ipse exoptat, voti damnatus unâ tumalatur, anno D. XC. Ex Surio.

*Felicitas magna Christianorum, quibus datum est, ut paupertatem faciant pretium calorum. Non tibi displiceat paupertas tua; nihil eâ potest ditius inveniri. Vis nosse quàm locuples sis? calû emit. Quibus thesauris conferri potest, quod videmus paupertati indultum?* S. August. serm. 28. de verb. A post.

## S. PHILETÆRVVS CONF.

30. Decembris.

**M**Irentur alii in PHILETÆRO PROCOS, Nico-medix filio illustre formæ decus, quo illum avo suo Diis parem homines fecerunt; ego in pulcherrimo corpore pulchriorem animum demitor exosculorque; & hoc amplius, quod animi æstimator ipse egregius, nihili membrorum decorem fecit, omnibusque tormentis præbuit lacerandum. Primum Diocletianum vicit, qui cum blasphemus Christum incefferet, vindex divini honoris PHILETÆRVVS, terram cælosque ad iras movit. In fornacem deinde succensam injectus, se ipso pulchrior egressus est. Iam sub Maximiano virgîs uncisque foedum in modum acceptus, omnium tamen in se oculos Superûm rapuit, & tum denique his formosus est visus. Ferae sive formâ & ipsæ, sive fortitudine adolescentis captæ, ad pedes se abjecerunt victoris; feras verò cum duo homines induissent, gladioque Martyri imminerent, in loco obriguere. Ultimò cum virtus hæc oculos jam tyranni etiam perstringeret, exultate iusta est. Et ecce de viâ morbi dæmonesque mali